

S A C R A
P iis Manibus

MAGNIFICI, STRE-
NUI, NOBILISSIMI, AMPLIS-
SIMI, PRUDENTISSIMI VIRI, DN. JOHAN-
NIS FRIDERICI à Bosheim &c: Inclutæ Liberæq; Imperialis
ARGENTORATENSTUM REIP. PRÆTORIS TREDECIM-
VIRI Eminentissimi, à Literis Celeberrimi, à Literato-
rum Patrocinio Commendatissimi, à Virtutum
reliqvarum Laudibus maximè Decantati: 2. Se-
ptembr. Anno 1625. Religiosissimè De-
nati: 5. Ejusdem Solenni pompa pro
ipsius Meritis Terræ concrediti.

*Si, que FAMA viri, tanta esset Nobilis Vrna;
ORBIS TEUTONIAE Nobilis Vrna foret.*

J. P. Crusius.



Typis JOHANNIS CAROLI.
M. DC. XXV.





I.

AE Què Fata premunt, qvibus est equus, & Pater, & res
Ac fricti ciceris vel nucis emtor obit.
Curia terrestris, curas quæ parturit atras,
Morsibus & variis cor animum vorat;
IAN- FRIDERICE tibi mutata licenter, & usus
Pratoris tituli desit esse recens.
Curia cælestis, quæ commoda juris & æqui
normas salutaris, gaudia tutæ parit;
IAN- FRIDERICE tibi nunc est intrata libenter;
Nunc tibi divino iure peritus honor.
Aeternum salve, curarum ritè solute!
Voce pii gemitur fors lacrymosa gregis!

M. Casparus Brülovius, P.L. Poët.
Prof. & Gymnasiarcha.

II.

Iam procul à Curis versaris, Curia nostra
Dum te fida caret, Tegz beatatenet.
Sed quid Curarum jam nos non excipit? Omnes
Syrmate pullato verrimus omne solum.
Quidni illud? Ducete, foret hac sine Curia curis:
Iam te non viso, quid nisi Curia manet?
Cu. Summe DEVS, Curarum hac maxima nobis,
Vt parilis PRAETOR curet in Vrbe tuos.

Johannes Paulus Crusius.

A 2

AD

III.

AD NOBILISS. ET AMPLISS.
DN. PRÆTOREM DEFUNCTUM.

Dum cadis Argyropæ BOTZHEMI Prætor in oris,
Flemus honorati funera mæsta viri.
Quid flemus, si mors communis, & omniibus instat?
Non periisse tibi, sed periisse tuis.

M. Samuel Glönerus, P. Laur.

LV.

Iam Titan radios subtrahat aureos,
Fletus horrificis significans comis!
Iam Phœbe maculis pallida luridis
Inter nubila moereat!
Iam nulla in gemino stella micet Polo!
Eous subeat jam vada Lucifer
Vndosi Oceani! jam tenebris dies.
Sit misus penetrantibus!
Iam nullum recreet latitia genus:
Nulli corda joci, nullaq; gaudia!
Iam non ore sales turpiter excidant;
Nec risus placeant leves!
Iam exultare, rogo, haut, Alsata Civitas.
Amplis, antè velut, vocibus audeas,
Ad nutum fluenter dum tibi qualibet.
Ecornu quasi divite;
Tristes Tantalidos sed Niobes tibi
Humeant tremulas lacrymula genas.
Mater mæsta quibus funere pignorum
Saxum obduruit in novum!

Doctor

Doctos ARTE viros cùm necis hættenus:
Detrudit rabies in cava bustula
Immaia innumerous: nec sua spicula
In nos mittere desinat;
Cernis, quemne VIRVM tetrica NOBILEM?
Rursum falce suâ demet at enea
Mors, mox sàvam alijs ulterius manum
Intentans sapientibus?
Eheu, quippe VIRVM, plurima quem Fides:
Quem morum Probitas: quem Pietas sua:
Quem vita Integritas: quem SAPIENTIA:
Attollunt super athera!
O Vrbis columen! na Anchora pauperum!
Cunctis perfugium rebus in omnibus!
Quo questu tua sat fatapiabimus?
Quo planctu? lacrymis quibus?
En tristes damus has ubere flumine!
Sed non sufficiunt in tua funera
Nostra lacrymula: nec revocant domos
Te fletus supera mei,
Non ad nos reditus cùm pateat tibi
Hinc inde; & lacrymas nos licet uberes
Fundamus: lacrymis munera seriss
Morti dantur inania;
Idecirco lacrymas supprimo jam meas,
Ultra nec tepidas fundere guttulas
Admitto mihi. VIR nunc vale NOBILIS,
Sub valle Elysia diu,
Adjactus SVPERIS: Vatibus: Angelis:
Divinis Patribus, sic & Apostolis,
Cunctis Christicolis, quos REQUIES manet,
Qua promissa pio gregi.

P.

M. Casparus Bruno, Olsnitio-Variscus,
SS. Theol. & Poësostudioſus.

A. 3 Erig.

Erigitote tubam: versu impletote sonoro,
 Vos, qui Pimplæo fonte bibistis aquas?
 Efflatote decus per & æra & æthera stirpis
 Botzhermia & Celsæ, Nobilis, Alsaticæ.
 Sedula quam virtus, toga quam, quam exulta Minerva,
 Armæq; commendant, Nobilitantq; satis.
 Quippe hæc Nobilitas, quæ non virtute notatur,
 Omnio nuda est, & sine veste jacet.
 Ast Paratradgœdus dum fio, mente Maronem
 Clamq; voco, cogor velle, quod esse nequit.
 Scilicet occubuit splendenti nomine Prætor
 JANVS FRIDRICVS, stemmate BOTZHEMIVS.
 Qui Te consilio, ceu lacte, ut Mater alebat
 ARGYROPEM semper, quantus adusq; fuit.
 Qui civésq; tuos virtutis sancta docebat
 Exemplo proprio, cautus agendo sua.
 Quiq; DEI iussu voluit mandata præire
 JOVAE, his, quæ mundus vult, jubet & statuit.
 Occubit, paucis liceat comprehendere multa,
 Qui fidus fuerat, qui fueratq; pius.
 Sed sunt, ne videant mundi, quæ coepta, ruinam,
 Illi, quod magnum, lumina clausa pia.
 Sicut & interjecta amittit Cynthia terrâ
 Lumen, quod totum non nisi sole tenet:
 Sic pariter JANO FRIDRICO contigit umbra:
 Terrâ interjecta lumen utrumq; latet.
 Ut nihil hinc videat, nam vanum eluserat omne,
 Nil probet assensu, Te sine JOVA, suo.
 Quô ducti Eclypsin quis ferre negaret? utroq;
 Lumine nam Capto Trinns JOVA datur.

M. Lazarus ab Heyden, Argent.

F I N I S.